Zenonis locus emendatus.

Apud Clementem Alexandr. in Paedag. III. p. 109, 11. Sylb. (p. 296, 40. Pott.) legitur eximium Zenonis fragmentum et aliis mendis obsitum et mirifico quodam et ioculari errore obscuratum. Editur: *ὑπογράφειν ὁ Κιτιεὺς ἔοικε Ζήνων εἰκόνα νεάνιδα καὶ οὕτως αὐτὸν ἀνδριαντουργεῖ· »Ἔςω, φησὶ, καθαρὸν τὸ πρόσωπον, ὀφρὺς μὴ καθειμένη, μηδ' ὄμμα ἀναπεπταμένον, μηδ' ἀνακεκλασμένον. μὴ ὕπτιος ὁ τράχηλος, μηδ' ἀνιέμενα τὰ τοῦ σώματος μέλη, ἀλλὰ τὰ μετέωρα ἐντόνοις ὅμοια, ὀρθόνου· πρὸς τὸν λόγον ὀξύτης, καὶ κατοχὴ τῶν ὀρθῶς εἰρημένων, καὶ σχηματισμοὶ καὶ κινήσεις μηδὲν ἐνδιδοῦσαι τοῖς ἀκολάςοις ἐλπίδος. αἰδὼς μὲν ἐπανθείτω καὶ ἀρρενωπία. ἀπέςω δὲ καὶ ὁ ἀπὸ τῶν μυροπωλίων καὶ χρυσοχοΐων καὶ ἐριοπωλίων ἄλυς καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐργαςηρίων, ἔνθα καὶ ἑταιρικῶς κεκοσμημέναι, ὥσπερ ἐπὶ τέγους καθεζόμεναι, διημερεύουσιν.''*

Μὴ τοίνυν μηδὲ οἱ ἄνδρες ἐπὶ τῶν κουρείων καὶ καπηλείων διατρίβοντες ἀδολεσχούντων ςωμυλευόμενοι καὶ τὰς παριούσας θηρώμενοι γυναῖκας πανσάσθων ποτέ. Verba Clementis: *μὴ τοίνυν μηδὲ οἱ ἄνδρες* impulerunt scribarum stolidum genus ut crederent ea quae praecedunt de *puellis* dici, et sic *adolescentes*, Zenonis auditores, quos ille egregie *ἀνδριαντουργεῖ*, in *adolescentulas* mutaverunt. Res tam perspicua est ut verbis non egeat, nisi forte cuiquam videtur *ἡ ἀρρενωπία virgines* decere, aut credit aliquis *puellas ἐπὶ τῶν ἐργαςηρίων καθῆσθαι* fuisse solitas, aut Zenonem *discipularum inter* solitum docere *cathedras.* Itaque emenda sodes *ἑταιρικῶς κεκοσμημένοι* et *ἐπὶ τέγους καθεζόμενοι*, et eadem opera in Clementis verbis *εἰκόνα νεανίου* pro *νεάνιδος*. Nunc duo alia librorum vitia eluenda supersunt: alterum leve in *κατοχή*, pro quo quum optimi Codices *κατακωχή* exhibeant apparet Zenonem antiquiore Attica

forma usum scripsisse ὀξύτης καὶ κατοκωχὴ τῶν ὀρθῶς εἰρημένων, sed immanis est alter error in verbis ὀρθόνου. πρὸς τὸν λόγον, ubi docti homines multa tricantes nihil extricant. Potterus, qui coniecit ὀρθόνους πρὸς τὸν λόγον ὀξύτης, veram scripturam simul reperit et non reperit: nam quod ὀρθόνους — ὀξύτης coniunxit nihili est, sed tamen verum est ΟΡΘΟΝΟΥΣ modo recte legatur et in ὀρθὸν οὖς dividatur. Hoc demum est boni auditoris *arrectam aurem*, ὀρθὸν οὖς, πρὸς τὸν λόγον ἔχειν. Itaque haec est ipsa Zenonis manus: ἔςω καθαρὸν τὸ πρόσωπον, ὀφρὺς μὴ καθειμένη, μηδ' ὄμμα ἀναπεπταμένον, — ὀρθὸν οὖς πρὸς τὸν λόγον, ὀξύτης καὶ κατοκωχὴ τῶν ὀρθῶς εἰρημένων. Praeterea χρυσοχοείων scribendum, non χρυσοχοΐων.'

In verbis Clementis vitiosum est ςωμυλευόμενοι, incertum scribarumne an ipsius negligentia. Graeci ςωμύλλομαι dicebant, Graeculi ςωμυλεύομαι, Clemens, qui pererudite scribit et saepissime antiquas loquendi formas sectatur et retinet, tamen in multis impingit et errat, ut certo definiri nequeat utrum antiqua forma an novicia maluerit uti.

CARMEN περὶ λίθων CORRECTUM.

In carmine incerti poëtae περὶ λίθων vs. 759. editur:

Κασσάνδρην ἐκέλευσεν ἀκουόντεσσιν ἄπαντα
θεσπίζειν Τρώεσσιν ἐτήτυμά περ φρονέουσαν.

mendosum esse ἄπαντα viderunt omnes, sed frustra ἄπιςα et ἄφαντα corrigunt. Veram lectionem aperiet ipsa Cassandra apud Euripidem, cuius locum servavit Plutarchus in *Praecept. Reip. ger.* p. 821 B.

ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
καὶ πρὸς παθόντων κἂν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

Nunc quidem Cassandrae credendum est et reponendum:

Κασσάνδρην ἐκέλευσεν ἀκουόντεσσιν ἄκραντα
θεσπίζειν.

C. G. C.